

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 13 : De Sirenibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[94\] : De Sirenibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 13 : De Sirenibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 14 : Des Serenes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 13 : Des Serenes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 13 : De Sirenibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/910>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination224r°-226v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Sirènes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Sirenes & ipsæ periculosa hominibus monstra propter cantus suavitatem, dictæ sunt ita cantilenis nauigantes homines demulcere, ut in profundissimum somnum inducerent; quos postea ita sopitos in mare deiecerunt ac necabant; excogitabant enim ex omnibus cantilenis, quas pro cuiusque ingenio iucundiores fore putabant. Has igitur finxerunt antiqui Scheloi fluminis, qui Aetoliam ab Acanarnia disternat, Nicopolimque civitatem, quam Cæsar post victum Antonium ad victoriæ eius memoriã sempiternam erexit, alluit; & Terpsichores fuisse filias. Nicander libro 10 tertio Mutatorum Melpomenen Sirenum matrem fuisse scribit, alii Steropen, alii Calliopen. Has tres fuisse memorant, quæ Musas aliquando in certamen cantus provocare Iunonis iussu ausæ sunt; quare cum prius essent alarum Sirenes, Musæ alas victis euulserunt, coronasque ex illis factas suis capitibus imposuerunt: quod factum est in Creta iuxta civitatem illa de causa vocatam Apteram, ut ait Crobylus libro primo. Illa de causa, ut dictum est, postea alatis capitibus Musæ fuisse putabantur, præter unam, quæ erat illarum mater. Hæ igitur iuxta Pelorum Siciliæ promontorium prius, vel, ut aliis magis placuit, in insulis Sireneus habitant; quæ sunt in extrema parte Italiæ, ut sensit Strabo libro primo: qui Sirenes insulas etiam fuisse inquit lib. 5. saxosas ac desertas, non procul à Capreis. Hæ dictæ sunt inferiori corporis partem habuisse volucrum avium, ac superiorem ad humanam formam effictant, ut sensit Theopompus in Calligastro, & Isacius. Idcirco monstra illas vocavit Ovid. lib. 3. artis amandi;

Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quallibet admittas detinere rates.

Nomina vero illarum fuerunt ista, Aglaope, Pisinoe, Thelxiepia. ut voluit Cherilus, Thelxiope, Molpe, Aglaophonos. Clearchus vero Solensis in Amatoris lib. 3. unam illarum Leucosiam nominat, aliam Ligeam, tertiam Parthenopen: quare ait Strab. etiam lib. primo Georg. nobilissimam Italiæ civitatem Neapolim dictam fuisse Parthenopen è nomine unius Sirenum, quæ in iis locis mortua est. Idem lib. 6. Leucosiam insulam nomē item obtinuisse inquit ab altera Sirene, quæ ibi se in profundū abiecerit, ac interierit. Fabulantur unam harum voce alteram tibiis, tertiam cum cithara vel lyra canere solitam, ut varix illecebræ pro singulorum ingenio adessent, ut patet ex his carminibus;

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodq; foraminibus tibia mille sonat.

Quodq; leues calami, quod suavis cantat Aedon.

Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Mirabilis profectò esse dicebatur harum Sirenum suavitas cantus, quando vel in apertam perniciem homines traherent, efficiabantque ut sui ipsorum obliti in manifestam eadem se trahi paterentur. Idcirco cum Minyæ per ea loca nauigarent Ancæo nauem gubernante, se cytharam sumpsisse scribit Orpheus in Argonauticis, suoque cantu Sirenum cantum retudisse; qui cum Deorum certamina caneret, minime auditæ fuerunt cantilenæ Sirenum, ut est in his;

Ὀψὲ δ' ἰσφύζουσαι Λιγυρίας ἐπὶ κρητύουσι
κάραι, αἰετ' ἄντου δὲ βροτῶν ἐκλινομένης ἀκροῦ.

Mythologia

Δὲ τὴν δὲ μιν ἀρσι ἐφείδων πύξιν ἀνδρῶν
Σηρήνας, ἄλλοτε περισπλάσθας ἱριλλας
φθγγὲν ἄλαρῶν, χορῶν δὲ τὴν ἑαυτῶν ἱριτῶν.

Hic cantus dulci modulantur voce puellæ,
Atq; viros mulcent, ratibus qui marmora sulcant.
Cæperat hic cantus Minyas mulcere, nec villos
Præteriturus erat Sirenum trillia fata.
Iam manibus remi exciderant, iteric vincta carina.

10 Illæ postea desperatione captæ, mutæq; factæ in mare musica instrumenta
abiecerunt, vt testatur idem poeta in his;

Δὲ τὸ τε φερραίζοντι ἀπὸ σκατοῦ λου κρόσσας
Σηρήνας ἐμύσθας, ἵνεα' ἄρκαστας ἀνδρῶν.
καὶ τὴν ἑαυτῶν, ἵνα μὴ χεῖρας ἰσθλασ χορῶν.

Dum citharam pulsat scopulo sublimis ab alto,
Sirenes trepidæ cantum tenuere sonorum,
Altera deinde chelym ἐ manibus iacis, altera lotos.

20 Quæ omnia Apollon, ita declarauit lib. 4. Argon. vbi inquit Orpheum can-
tare aggressum, omnem Sirenum vocem superalle;

αἴψα δὲ πύξιν
καλῶν ἀθηρίαζον ἱριτῶν. ἱεθε. ἀθηνας
Σηρήνας εἰσὶν ἄρχαλίδες θύλακες
Θέλονσαι μολύβδους ἐπιπύρα πύρα βάλαντα.
Τὰς μὲν ἀρκαστας ἀρχαλίδας ἰσθλασ
Γίνονται τὴν χεῖρα μολύβδους. καὶ αἰετὶ ἀπὸ
Συζῆτι ἰσθλασ ἀρκαστας ἵνα τὴν ἑαυτῶν ἱριτῶν
ἄρκασ μολύβδους, τὴν δὲ ἄλλα μὲν αἰετῶν,
ἄλλα δὲ παρθεναῖα ἰσθλασται ἱεθε ἰσθλασ.
αἰετὶ ἰσθλασ δὲ ἰσθλασται ἱεθε ἰσθλασ.
ἢ ἑαυτῶν δὲ ἀρκαστας μολύβδους ἐπιπύρα
Τεταρταῖα φθγγῶνται. ἀρκαστας δὲ ἑαυτῶν τῶν
ἱεθε ἱεθε ἰσθλασται ἱεθε ἰσθλασ. αἰετὶ ἀπὸ τῶν
ἑαυτῶν ἱριλλας ἵνα αἰετῶν βάλαντα.
ἑαυτῶν δὲ ἀρκαστας ἱεθε ἱεθε ἱεθε.
ἑαυτῶν ἱεθε ἱεθε ἱεθε ἱεθε ἱεθε ἱεθε.

30 *(Faint Greek text, likely a continuation of the previous block)*

est insula protinus illis
Fertilis aspecta, & florens: coluere canoræ
Sirenes illam proles Acheloia, quarum
Dira lues cantus mortalibus extitit illis,
Qui mare sulcantes iecere ad littora funes.
Olim Terpsichore has Acheloo in luminis auras
Edidit. illa vna est Musarum, tum quoq; nazam
Cantabant Cereris formosam, tum quoq; earum
Altera pars virgo fuit, altera rufus & ales.
E specula semper spectabant aduenientes.
In patriam reditu multi caruere per illas.

40 *(Faint Greek text, likely a continuation of the previous block)*

Fundere

Fundere & his dulcem vocem exere , rudentes
E puppi fuerant iacturi ad littora ; clarus
Filius Oeagri nisi mox & Thracius Orpheus
Bistoniam manibus citharam sumpsisset , & aures
Sublimi cantu , cantu reuocasset ab illo ;
Virgineamq; chelys vocem superasset acuta .

Erat illa Sirenum astutia , vt quibus rebus maxime quisq; audiendis delecta
retur , eas præcipue canerent ; vt pote ad captandos ambitiosos & gloriæ cu-
pidos , res eorum gestas . Ad demulcendos libidinosos , res amatorias cane-
bant ; erantq; mirificè omnium præteritorum negotiorum memores , quare **10**
ita inquirunt apud Home. lib. 7. Odyss.

Διὸρ ἀγ' ἴω πολὺν ἐκείνῳ ἴδμεν ἄνευ
Νῆα καταΰποντα καὶ τῶν ἄλλων ἄνδρων .
Οὐδ' ἄρα ποτὶ τῶνδε σφαιροδότην μίλαρον ,
Πρὸς ἄρῃον μίλαρον ἀπὸ Τροάδος ἴω ἀκούσας .
Ἄλλ' ἔτι σφραγίσαι ἔβουλον , καὶ κλύεον ἄλλοι .
Ἰδμεν γάρ τινι παῖδι τῶνδε τρῶν ἄρῃον
Ἄρῃον τρῶντι Διὸς ἴδμεν ἴδμεν ἴδμεν .
Ἦσαν ἄρα γίνονται καὶ χθρὸν κλυομένην .

Huc agè flecte ratem Graiorum gloria Vlyffet .
Flecte ratem celerem , nostras & percipe voces .
Nullus enim nigram transegit nauita puppim ,
Quin nostras voces audierit . inde recessit
Doctior , & cantu mox delectatus eodem .
Scimus enim Graii fuerint quæ Pergama circum
Consilio superum , & quæ Troes , funera passi .
Denique cuncta patent nobis mortalia facta .

Atque , quoniam multi , cum eò applicuissent , suauitate cantus irretiti
recedere non poterant , sed moriebantur inhumari in desertis insulis , quæ
mortuorum ossibus late albebant , opus erat multa & prudentia & animi cõ-
tentione ad illa pericula deuiranda . Idcirco docetur Vlysses à Ci ce Solis fi-
lia quo pacto hæc transeunda sint ; atque Vlysses aures cera nautis obrura-
uit , vbi eò accedendum erat , seq; artissimis vinculis malo alligari iussit ,
neque , si rogasset quidem , voluit solui , cum minime audientes etiam ro-
garet . sic igitur monet illum Circe ; **30**

Συρῆσαι μὲν πρότερον ἀφίκασι , καὶ ἄρα πάρος
καὶ ῥόπου δόλοισι , ἔτι σφίσι κεραιόενται .
Ἔτιτε ἀίρη πολέη , καὶ φέρονται δαίμονα
Συρῆνας , τῶνδ' ἄνευ γὰρ καὶ ἴσασιν ἴσασιν
ἴσασιν ἔτι ἴσασιν παρῖστασι , τῶνδ' ἴσασιν .
Ἄλλ' ἔτι σφραγίσαι ἔβουλον , καὶ κλύεον ἄλλοι .
ἔβουλον ἔβουλον . καὶ κλύεον ἄλλοι .

L II Sirenas

lietora cantus suauitate sopitos postea laniarent, ac deglutirent. Horatius lib. 2. Sermonum non saxa, neque meretrices, neque aures Indix, sed desidia, & turpissimam prope omnium ignauiam Sirenes esse scribit, quæ omnes ad se alliciant, & in perniciem denique adducant, cum inquit;

Contemnerè miser: placanda est improba Siren

Desidia.

Ego sanè Sirenum cantus ac Sirenes ipsas, nihil aliud esse crediderim, quàm voluptates, & caruotitillationes: quæ dicuntur vnus Musarum & Ache-
loï filix, cum taurino patre, & ad voluptates propenso nate sint; Musâq; sic
suauitas illa, quæ nos ad eas allicit. Hæ nos in perniciem denique inducunt, 10
quia ex ea parte animæ oriuntur, quæ caret ratione, & *Ζωον* vocatur. hæ ad
exprimendam mortalium naturam, partim belluæ, partim virgines videban-
tur; quia monstro prope similis est is, qui non rationi & consilio, sed cupi-
ditati pareat: cum altera pars illius homo sit, altera bellua. cum enim vis ani-
mæ nostræ alia sit compos rationis, alia ratione careat, quo pacto non habet
quisque intra se inclusas & latentes Sirenes? aut qui nihil habeat, nisi for-
mam corporis, cum homine commune; nullaque ratione vratur, sed huc il-
luc feratur pro animi impetu, quoconque libido & appetentia & cupiditas
tulerit, quo pacto is non habet intra se Sirenem, vel ipse potius monstrum
terrorum efficitur? cum verò aliis rebus aliis facilius capiuntur, neq; omnes 20
omnes aut libidinis stimulis agitentur, aut ambitione, aut avaricia; illæ rerum
omnium cognitionem se tenere gloriabantur, singulosque gratis cantilenis
demulcebant. testantur vel illarum nomina nihil aliud fuisse Sirenes quam
motus animi. quid enim est Pisinoe? an non vis menti facile suadens? *Πισι-
νοε* enim suadere, *Πισι* mens est. at vero Aglaope suavis est aspectu, Telxiope
vel solo aspectu delectat, cum *Τελξιοπε* delectare significet. & Telxinoe men-
tem demulcet, & iucunda vox est Aglaophoni, & sonora Ligex, & candida
est Leucosia, & virginis faciem habet Parthenope; quæ omnia nomina faci-
le vel ad impetus animi, vel ad libidinosa scorta possunt accommodari. si
quis igitur calamitates complures, & ærumnas multas deuotare voluerit, is 30
ad voluptates illegitimas, & ad turpia humanæ vitæ lenocinia ad Vlyssis
exemplum aures obturet opus est, aut Orphei, reliquorumque sapientum
virorum monitis pareat; eosque solos audiat. quod si quis ad ipsarum Sire-
num cantum tamen apertas aures habuerit, suopecteque ingenio vitam suam
gubernarit, is se rationi alliget oportet, vt malo nauis se alligauit Vlysses,
cum incredibili ac pene diuina prudentia opus sit, cum quis fuerit semel à
Sirenibus delectatus, vt possit inde incolumis recedere. conuenit igitur vt
Orpheus, aut vir aliquis sapiens & amicus Sirenum voces sapientissimis &
fidelissimis consiliis vincat, nisi pernitiosarum voluptatum illecebris in mi-
serias trahi malimus. alii vero Sirenes esse adulatorum voces crediderunt, 40
qua peste nulla neque suauior, neq; sceleratior principes homines inuadit.
Illæ in profundissimum somnum principes inducunt, quia tanquàm dormien-
tes eorum plerique quid differat amicus ab adulatore non vident. & quoniã
suauior est auribus adulatoris quam amici oratio, quæ iucundiora sunt liben-
tius admittunt. at contra adultores cognito ingenio principis, illi qui iu-
cundiores futuri sint sermones excogitant, & num rerum gestarum gloria,
vel congerendis opibus, vel scortis, vel aliis huiusmodi rebus delectetur:
eiusq; studium mirificis laudibus extollunt. quæ oratio cū grata sit audienti,

LII 2 Sirenes

Mythologia

Sicenes vnus Musarum filiarum dicitur sunt. ac ille denique in perniciem trahebant auditores; quoniam ubi adulationi locus est, nullus amicitiae, nullus sinceritati, nullus iustitiae patet; quippe cum is, qui magis aliis, quam sibiipso de se credat, ad suauitatem loquencibus, ad omnem vel suam vel suorum salutem & felicitatem conuincat; minimeque diligens in rebus agendis efficiatur, opus est. Hec vna causa est cur eam frequenter motati sint principes regionum Italiae, neque idem regulus fuerit diutius eiusdem regionis: cum nihil neque firmitus sit, neque stabilius eo regno, quod a sapiente principe gubernetur. Qui enim neque Deum neque homines per iniuriam offenderit, quo pacto calamitates patietur, cum vix illi euertere possint, qui sunt facinorosi? aut quo pacto princeps qui a se adulatorem reiciat, vir non bonus, & prudens, & sapiens esse poterit? at de Sirenibus factis, nunc de Orpheo dicamus.

De Orpheo.

Cap. XIII.

Fuit Orpheus, ut sensit Myrleanus Asclepiades, Apollinis & Calliopes vnus Musarum filius, nam quamuis diuersae fuerunt variorum scriptorum de illius parentibus sententiae, tamen Myrleani sententiam secutus **20** Virg. ita scripsit in Pollione;

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliope, Lino formosus Apollo.

Atque Chæris illum Apollinis filium fuisse tradidit, cum nullam fecerit de matre mentionem, ut est in his carminibus;

*Πῶς αἰσθηθεὶς Στυγὸν ἀνοσίενοι Λαῖας
ἔρρι' ἀπατάλαστος ἀπ' Ἀλλοῖο φίλος υἱός.
Πιερὲς ἰμμίτες ποῖνας certè ἰνδὲ λυέτις,
Quòd cæsus vobis est natus Apollinis Orpheus.*

30 Apollonius vero lib. 1. Argonaut. Oeagri & Calliopes filium tradidit fuisse his versibus.

*Πῶς ἄνω ἔρριος μετ' Ὀμήρου, τὴν ἑσπερ' ὠδὴν
καλλιόου Ὀρφέος φησὶν ἔσθ' ἰσχυρὰ
τῶν τε σπουδῶν ἀνδραγαθῶν ἄγχι ταύτης.
Atque alios inter primum cantabimus Orphea.
Calliope Oeagro peperit Pympleidos illum
Non longinqua iugis, lecto coniuncta iugali.*

Alii Oeagri & Polymnix, alii Menippes, alii Thamyridis filium fuisse voluerunt, atque Ialemum & Hymenzum huius fratres fuisse constat. hunc tanta canendi peritia excelluisse inquirunt, ut flumini ad eius cantum firmarentur, aves aduolarent, ferae properarent, sylvae, & saxa, & venti, & omnium vel sensu carentium genera accurrerent, ut ait Horat. lib. 1. Carm.

40 Aut super Pindo, gelido ue in Hæmo
Vnde vocalem temere infecit
Orphea sylva.
Arte materna rapidos morantem
Fluminum cursus, celeresque ventos.
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere sylvas.

De quo